NOVVM TESTAMENTVM GRAECE

& Latinè, iuxta ueterum, cùm Græcoru[m] t
Latinorum, emendatiſſima exemplaria, accuratiſſima cura & diligentia D. Eraſmi
Roterod. iam denuo & collatum, & poſtrema manu caſtigatum.

Acceſſerunt in fine operis Lectionum varietates ex diuerſis exemplarib. (quibus vſi fuimus in hac editione) vetuſtiſſ. collectæ.

PARISIIS,

Excudebat Carola Guillard, ſub ſole aureo, uia ad Diuum Iacobum.

1543

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

LEONI DECIMO PONTIFICI MODIS OMNIBVS ſummo, Deſ. Eraſmus Roterod. Theologorum infimus.

S. D.

INTER TOT EGREgia decora Leo decime pontifex Maxime, quibus vndique clarus & ſuſpiciendus, ad pontificiæ dignitatis culmen adiſti, hinc infinitis Mediceæ domus ornamentis, non minus eruditorum hominum monumentis, quàm maiorum tuorum imaginibus & honoribus inclytæ, hinc innumeris corporis animique dotibus, quas partim diuini numinis indulſit benignitas, partim eadem aſpirante, tua parauit induſtria, non alia res te verius aut magnificentius illuſtrauit, quàm quòd ad iſtum honorem, quo maior inter homines, homini non poteſt contingere parem morum attuleris, innocentiam: neque enim vitam modo ab omni dedecore longe lateque ſemotam, verum etiam famam, nulla vnquam ſiniſtri rumoris labe aſperſam ad pontificiam ſublimitatem pertuliſti. Id quod quum vbique difficillimum eſt, tum præcipue Romæ, cuius vrbis tanta eſt libertas, ne dicam petulantia, vt illic à conuitiis parum tuta ſit & integritas, ac ne ij quidem abſint à crimine, qui plurimum abſunt à vitiis. Quibus rebus factum eſt, vt Leoni non paulo plus veræ laudis pepererit, quod ſummum pontificium promeruiſſet, quàm quòd accepiſſet. Iam in ipſa pulcherrimi ſimul & ſanctiſſimi muneris functione, quum tot præclaris factis, tot eximiis virtutibus ſuſceptum honorem viciſſim cohoneſtes, nihil tamen eſt quod te ſuperis pariter & mortalibus commendet efficacius, quàm quòd ſummo ſtudio parique ſapiētia illud potiſſimū agis ac moliris, vt indies in melius proueheatur chriſtiana pietas, hactenus temporum maximeque bellorum vitio, nonnihil labefacta collapſaque, vt eſt cæterarum item omnium rerum humanarum natura, ni manibus pedibusq; obnitamur,

DILECTO FILIO

Eraſmo Roterod. Sacræ Theologiæ profeſſori.

LEO, P[A]P X[S]

DIlecte fili ſalutem, & apoſtolicam beñ. Valde nos delectarunt lucubrationes tuæ in teſtamentum Nouum iampridem editæ, non tam quia noſtro nomini dicatæ fuerant, quàm quòd non vulgari, ſed noua & inſigni quadam eruditione præſtabant, omniúmque doctorum calculo plurimum laudabantur. Quas nuper à te recognitas, & pluribus additis annotationibus locupletatas, illuſtratáſque fuiſſe, certiores facti non mediocriter gauiſi fuimus, ex prima illa editione, quæ abſolutiſſima videbatur, coniecturam facientes, qualis hæc futura, quantúmve boni, ſacræ Theologiæ ſtudioſis, ac orthodoxæ fidei noſtræ ſit allatura. Macte igitur iſtius animi tui eſto, ac publicæ vtilitati ſtudens, operi tam ſancto, vt in lucem exeat, ſedulò inuigila, dignã quidem tot laborũ mercedẽ ab ipſo Deo relaturus, à nobis verò meritam commendationem, & cunctis Chriſti fidelibus perpetuam laudem conſequuturus. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Sub annulo piſcatoris. Die X. Septemb. M. D. XVIII. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Κρίνει φίλους ὁ καιρὸς ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ

EVANGELION SECVNDVM MATTHAEVM.

Κεφάλαιον α.

Βίβλος γε-
νέσεως Ἰη-
σοῦ Χρι-
στοῦ υἱοῦ δα-
βίδ, υἱοῦ
ἀβραάμ.
Ἀβραὰμ
ἐγέννησε
τὸν ἰσα-
άκ. ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰα-
κώβ. ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰού-
δαν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. ἰού-
δας δὲ ἐγέννησε τὸν φαρὲς, καὶ
τὸν ζαρὰ, ἐκ τῆς θάμαρ. φαρὲς δὲ
ἐγέννησε τὸν ἐσρώμ. Ἐσρὼμ δὲ
ἐγέννησε τὸν ἀράμ. Ἀρὰμ δὲ ἐ-
γέννησε τὸν ἀμιναδάβ. Ἀμινα-
δὰβ δὲ ἐγέννησε τὸν ναασσώμ.
ναασσὼμ δὲ ἐγέννησε τὸν σαλ-
μώμ. σαλμὼμ δὲ ἐγέννησε τὸν
βοὸζ, ἐκ τῆς ῥαχάβ. βοὸζ δὲ ἐγέν-
νησε τὸν ὠβὴδ, ἐκ τῆς ῥούθ. ὠβὴδ δὲ
ἐγέννησε τὸν ἰεσσαί. ἰεσσαὶ δὲ ἐγέν-
νησε τὸν δαβὶδ, τὸν βασιλέα. δα-
βὶδ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν σο-
λομῶνα, ἐκ τῆς τοῦ οὐρίου. σολομὼμ
δὲ ἐγέννησε τὸν ῥοβοάμ. ῥοβοὰμ δὲ
ἐγέννησε τὸν ἀβιά. ἀβιὰ δὲ ἐγέννη-
σε τὸν ἀσά. ἀσὰ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰω-
σαφάτ. ἰωσαφὰτ δὲ ἐγέννησε τὸν
ἰωράμ. ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν ὀζί-
αν. ὀζίας δὲ ἐγέννησε τὸν ἰωάθαμ.
ἰωάθαμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἄχαζ.
ἄχαζ δὲ ἐγέννησε τὸν ἐζεκίαν. ἐζε-
κίας δὲ ἐγέννησε τὸν μανασσῆ. μα-
νασσῆς

CAPVT I.

Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abrahā.
Abrahā genuit I- Lucæ.3
ſaac. Iſaac autem genuit Iacob.
Iacob autem genuit Iudam &
fratres eius. Iudas autē genuit
Phares & Zaram è Thamar.
Phares autem genuit Eſrom.
Eſrom aūt genuit Aram. Aram
autē genuit Aminadab. Ami-
nadab autem genuit Naaſſon.
Naaſſon autem genuit Salmō.
Salmon autem genuit Booz
è Rachab. Booz autem genuit
Obed è Ruth. Obed autem
genuit Ieſſe. Ieſſe autem ge-
nuit Dauid regem. Dauid au-
tem rex genuit Solomonem,
ex ea quæ fuerat vxor Vriæ.
Solomon autē genuit Roboā.
Roboam autem genuit Abia.
Abia autem genuit Aſa. Aſa
autem genuit Ioſaphat. Ioſa-
phat autem genuit Ioram. Io-
ram autē genuit Hoziam. Ho-
zias autem genuit Ioatham.
Ioatham autem genuit Achaz.
Achaz autem genuit Ezeciam.
Ezecias autem genuit Manaſ-
ſe. Ma-

ἍΠΑΣΑΙ ἘΠΙΣΤΟΛΑῚ ΤΟΥ͂ ΠΑΥ-λου ἀποστόλου.

OMNES EPISTOLAE PAVLI.

	ῥωμαίους.			Romanos.	
	κορινθίους.	β		Corinthios.	II
	γαλάτας.			Galatas.	
	ἐφεσίους.			Epheſios.	
	φιλιππησίους.			Philippenſes.	
πρὸς	κολοσσαεῖς.		Ad	Coloſſenſes.	
	θεσσαλονικεῖς.	β		Theſſalonicẽſes.	II
	τιμόθεον.	β		Timotheum.	II
	τίτον.			Titum.	
	φιλήμονα.			Philemonem.	
	ἑβραίους.			Hebræos.	

ἘΠΙΣΤΟΛΑῚ ΚΑΘΟΛΙΚΑΊ

EPISTOLAE CATHOLICAE.

ἰακώβου.		Iacobi.	
πέτρου.	β	Petri.	II
ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ.	γ	Ioannis.	III
ἰούδα τοῦ ἀποστόλου.		Iudæ apoſtoli.	

ἈΠΟΚΆΛΥΨΙΣ ἸΩΆΝΝΟΥ ΤΟΥ͂ ἘΥΑΓ-γελιστοῦ καὶ θεολόγου.

APOCALYPSIS IOANNIS EVANGE-liſtæ & theologi.

PARISIIS,

Ex officina Carolæ Guillard ſub ſole au-reo, via ad Diuum Iacobum.

1543

ſcripſit. Euangelium autem ſecundum Ioannem, prædicatum quidem eſt ab ipſo Ioanne apoſtolo & Ieſu dilecto, cum exularet in inſula Patmo, editum ab eodem Epheſi, per Caium dilectum & hoſpitem apoſtolorum, de quo & Paulus Romanis ſcribens, ait: Salutat uos Caius hoſpes meus ac totius eccleſiæ.

FINIS.

PARISIIS,

Excudebat Carola Guillard, via ad diuum Iacobum, ſub ſole aureo. Anno reſtauratæ ſalutis. M. D. XLIII.

Πολλοὶ τραπέζης, οὐκ ἀληθείας φίλοι.
Ἰδίας νόμιζε τῶν φίλων τὰς συμφοράς
Ἐὰν ἔχωμεν χρήματ' ἕξομεν φίλους
Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους
Μὴ φεῦγ' ἑταῖρον ἐν κακοῖσι κείμενον
Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὅστις οὐχ αὑτοῦ φιλεῖ.

[illegible]